



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 2. Schisma cessione Amadæ extinctum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



merium laborasse, ut abdicationem Amadæo Patri ejus dissuaderet, ipse pacem præpediri veritus, eundem suspenso ad collum lapide in lacum præcipitari jussit.

Sæcul. XV.  
A.C. 1449.

§. II.

*Cessione Amadæi schisma extinctum.*

Jacobus Patriarcha Antiochenus, & Pictaviensis Episcopus, Elias Alektenis Præsul, Joannes Comes Dunensis, Jacobus Cordis, Guido Bernardi, Joannes le Bursier, & Thomas de Corsellis, omnes Regis Galliarum Legati, Lausanæ Amadæum convenerunt. Comitabatur illos Alphonfus Segura Toletanus Decanus, & Nicolai V. Papæ Delegatus, ut de reddenda solida Ecclesiæ pace, & penitus extinguendo schismate cum Amadæi Oratoribus deliberarent. Cum igitur Delegati, Amadæi nomine, summi Pontificatus abdicationem pollicerentur, inter eos conventum, ut a Nicolao V. tres Bullæ peterentur, prima videlicet de irritandis omnibus durante schismate gestis, altera, qua cuncta ab utraque parte actitata confirmarentur, tertia denique, per quam suis dignitatibus privati pristino suo statui restituerentur. Oratores Franciæ dato chirographo fidem suam obstrinxerunt, se præfatas literas *more Curiae Romanæ bullatas, & expeditas in*

*Labbe Conc.  
to. 13. p. 1333*



Sæcul. XV. *forma bona & secundum minutas hic con-*  
*A. C. 1449. cordatas Amadæo, seu capitulo Gene-*  
 veni sequenti mense Julio porrecturos;  
 Hisce literis a Papa impetratis, Amadæ-  
 us in sua obedientia Felix V. nuncupa-  
 tus, Papatum, omniaque prætenfa jura  
 dimisit.

## §. III.

*Decretum Patrum Basileensium Lau-*  
*fanæ congregatorum.*

*Ibid. p. 1335. & seq.* Basileenses quoque Patres Lausanæ  
 die sexta decima ejusdem Mensis ul-  
 tima vice congregati duo condebant  
 decreta, ut Amadæi abdicationem  
 sua etiam auctoritate, ac solemnî for-  
 mula firmarent. (\*) In illis asserunt:  
 Summo-

(\*) Quid quæso ponderis huic cessionî acce-  
 dere potuit a seditiosis atque rebellibus concii-  
 abuli reliquiis, quarum præclara gesta Eber-  
 hardus Weismann (licet ipse Heterodoxus,  
 ac summis Pontificibus satis injuriosus esset,) in  
 sua introductione historica Sæculo XV. num.  
 13. pag. 1055. paucis hisce verbis complecti-  
 tur: *Hoc rerum flatu Patres Basileensis Concilii*  
*in eo solo defigebantur negotio, ut Pontificem*  
*suum defenderent, legitimumque ostenderent.*  
*De reformatione ipsa tanguam causâ præcipua*  
*nil actum est, nec agi potuit. Quin potius re-*  
 gnavit